



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117840**

§. 17. Honorii Papæ Obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](#)

mile occurrit. Observatio Diei Domini Sæculum VII  
 nicæ præcipitur sub pœna, servis in cor- A.C. 638.  
 pore sustinenda. Liberi, si ter admoni- tit. 38.  
 ti non emendaverint errorem, servi esse Baja tit. eod.  
 cogantur. Prohibentur matrimonia in- c. 4.  
 ter propinquos usque ad gradum pa-  
 truelium, & pœna dictatur, ut reorum  
 Bona Fisco addicantur, si habeant; illi  
 vero, qui non habent, libertate priven-  
 tur. Ex iisdem legibus videre est, quæ- tit. I. c. 13.  
 nam onera Servis Ecclesiæ incubuerint. Allem. tit. 22  
 Partem fructuum reddere tenebantur,  
 plerumque Decimam, laboremque par-  
 tiebantur, ita ut tribus hebdomadæ die-  
 bus servirent Ecclesiæ, & tribus rem  
 suam domesticam curarent. Præter  
 Servos Ecclesiæ erant subditi liberi, qui  
 Coloni dicebantur. Hi vel tributum  
 pendebant, vel operam collocabant,  
 quando id iis imperabatur.

## §. XVII.

*Honorii Papæ obitus.*

Honorius Papa eodem anno, quo Rex  
 Dagobertus, nempe 638. e vita ex-  
 cessit, cum Sacram Sedem tenuisset an-  
 nis duodecim, & ferme quinque men-  
 sibus. Tribus Ordinationibus mense  
 Decembri Presbyteros triginta & unum,  
 Diaconos duodecim, & Episcopos in di-  
 versa loca octoginta & unum consecra-  
 vit. Vasa Sacra S. Petri renovavit, il-  
 lamque

Anast.

Sæculum VII lamque Ecclesiæ & multas alias repa-  
A.C. 638. ravit, alias e fundamento eduxit. Argentum, quod his Ecclesiis donavit, & cuius pondus adnotatur, plusquam tribus millibus librarum Romanarum æquivalet.

*Sup. Lib.  
XXXIII.  
§. 54.* Honorii Papæ cura effectum, ut A-  
*ap. Bar. an.  
638. n.6.7.  
Honor. epist.  
2. to. 5. conc.  
p. 1681.* quileja, & tota Istria Ecclesiæ reconciliaretur, trium Capitulorum Schismate ab annis septuaginta, si Pelagii Papæ tempora repetantur, separata. Pace inita scripsit Honorius Epistolam ad omnes Episcopos Venetorum, & Istriæ datam, qua consentiebat, ut Primigenius Subdiaconus & Patrimonii Ecclesiæ Romanae Rector Episcopus Gradensis ordinaretur, quia Sedes vacabat defectione Fortunati Schismatici, & turpis transfugæ, qui ad Paganos, id est verisimiliter Sclavos, transferat. Honorius sepultus est ad S. Petrum duodecimo Octobris 638. & Sacra Sedes ultra menses octodecim vacavit.

*Paul.lib. IV.  
p. 45.* Eodem anno 638. decepsit Ariovaldus Rex Longobardorum, postquam regnasset annis duodecim. Successit Rotharis, vir fortis & justitiæ amans, sed Arianus; & inde est, quod omnes ferme Civitates in ejus Ditione duos Episcopos haberent, unum Catholicum & alterum Hæreticum. Ticini, Civitate Metropolitana, Episcopus Arianus, nomine

mine Anastasius, in Ecclesia S. Eusebii Sæculum VII  
habitans, & Baptisterium habens, ad Fi- A.C. 638.  
dem se convertit, atque exinde Catho-  
licis præfuit. Ceterum Rex Rotharis  
Longobardorum Leges in Tabulas refer-  
ri jussit, postquam effluxissent anni se-  
ptuaginta septem, ex quo Gens ista in  
Italiam advenerat.

§. XVII.

*Ecclesia Anglicana.*

Honorius Papa in Angliam miserat S.  
Birinum, in interiora vastissimæ In-  
sulæ, ubi nemo hucusque Evangelium  
prædicasset, penetraturum. Hoc consi-  
lio Episcopus ordinatus ab Asterio Epis-  
copo Genuensi, cum pervenisset in Bri-  
tanniam ad Gevissenses seu Saxones Oc-  
cidentales, & omnes in Gentilis cœcita-  
tis tenebris versantes invenisset, super-  
vacuum fore credidit, alibi terrarum  
Gentiles quærere. Igitur illius Natio-  
nis Regem, nomine Cinegilum, con-  
vertit, & Mysteria Fidei satis edoctum  
cum populo suo baptizavit. Adfuit huic  
Cæremoniæ Rex Nordhumbriæ Osual-  
dus, Regemque e Sacro fonte levavit,  
cujus deinde filiam Matrimonio sibi jun-  
xit. S. Birinus consentiente utroque  
Rege, fixa in Civitate Dorcincana, ho-  
die Dorcestria, Sede Episcopali, multis-  
que ibidem ædificatis & consecratis Ec-  
clesias,

Beda III.  
hist. c. 5.